



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Gregorius Armenius. 30. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

tum habuit, cùm orcus incursaret, ad Jesu pedes confugere, hos longis jejuniis multisque lacrimis mollire, infesta interim cogitationum agmina assiduis saxorum ictibus è pectore propulsare; tam dulci victoriæ fructu, ut quandoque sublatum in cælum se putaret, qui mersum modò imis se inferis redebat. Interim etiam dum vixit, Doctorem suum in HIERONYMO orbis Christianus coluit, hostem verò hæresis extimuit. Ipse vitam denique ibi clausit, ubi ordiri Deus infans voluit, magnus heros, ut cui in tumulum Christi cunæ cesserunt.
Ex vitâ & ejusd. ep.

Ecce de cælo tuba canit; ecce cum nubibus debellatus orbem Imperator armatus egreditur; ecce bis acutus gladius ex Regis ore procedens obvia quæque metit; & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbrâ progrederis ad solem? S.Hier.Ep.1.

S. GREGORIUS ARMENIUS EP.

30. Septembris.

GREGORIO huic nostro patria cognomen Armeno fecit. A Tiridate rege suppiciis, quantis vix ullus alius Martyr, exercitus duravit tamen, inter mille mortes numquam mortuus. Damnum catalogum cruciatuum, sed non capit hos scheda hæc: totum illi librum vitæ implent. Tibi hoc sufficiat, Lector: non ferenda tulit, non dicenda nobis fecit. Itaque victor in omnibus pugnis, demum in cisternâ altitudine suâ & fætore horridâ ipsos annos x. & iv. triumphavit, cùm annonam diurnam panem unum matrona vidua subministraret. Inter hæc Agni auspiciis in Armeniam advenit totum virginum agmen. Ducebat Gainua antistita: formâ verò inter omnes eminebat

o.Sept.
pedes
acrimis
mina af
c; tam
tum in
se infes
torem
coluit,
enique
magnus
serunt.

bellatu
acutus
tit; &
gredens

E.P.

en Ar
, quan
vit ta
s. Da
it hos
t. Tibi
on di
us pu
factore
im an
ia sub
Arme
ucebat
s emi
nebat

30.Sept. VITÆ SANCTORVM. 479
nebat Ripsimis, cuius cum castitatem oppugnatum iret Diocletianus, fugit scilicet illa, vincere docta Parthorum more. Sed Tiridates rex non minus Diocletiano in virgine dictâ periit. Offendit tamen in Amazones: vitam eripere potuir omnibus, Christum sponsum ne uni quidem quamvis nec illud impunè. Audi enim quisquis cum Ulysse Circæam non fugis Venerem. Tiridates, Deo sic volente, cum animum humanum jam nuper exuisset, nunc corpore etiam in porcum abiit, mundoque non fictum Elpenora spectandū dedit. Sed neque setas prius posuit, quam ex cisternâ extractus Gregorius cruces templaq; Christo, &c, quod caput est, populum sacrasset. Tum enim & rex sordes posuit, & sacro lavacro lotus cum hominis schemate mores etiam humanos recepit. Mirabantur tunc hominem in porcum migrasse. magis ego miror familiare hoc nobis miraculum & quotidianum admirationi non esse. Ex Surio.

Non potest in iis, qui fluido astu voluptatum huc atque illuc feruntur incerti, ullius spiritus esse vitale commercium. Homo igitur ipse sibi auctore est erumne: nam nisi quis porci more vixisset, numquam in eum accepisset diabolus potestatem. S.Ambrosi.6.in S.Luc. cap.8.

OCTO-